

9



Programma

33

IN FVNERE

Honoratissimæ optimæque matronæ

CATHARINÆ
BOETHIÆ

Viri

Clarissimi Experientissimiq;

DN. GOTFRIDI VOGLERI

Medic. Doctoris, Acad. Juliae quondam Pro-
fessoris optime meriti, atque obitus sui tempore

ProRectoris Magnifici, Archiatri item Guel-
fici &c. relictae viduae

ANNO MDCLIX d. v. Eid. Martij

placide in Domino defunctae


P. P.



HELMESTADII

Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typ.

36


PRORECTOR ET SENATUS
ACADEMIÆ JULIÆ
CIVIBVS ACADEMICIS
S. P. D.

Vnusquisque altius res mortalium
animo suo intuitus, haud dubiè, ne-
que adeo absurde, statuet, piè defun-
ctos omnes gratulatione potius
quam lachrymis querelive ullis esse profe-
quendos. Enimvero quidnam aliud est ho-
mo, nisi, quemadmodum Philosophus olim
ajebat, ἀδενείας, ὑπόδειγμα, καιρῆ, λάφυρον, τύχης
παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκὼν, φόβος καὶ συμφορῆς
πλάσιγξ. τὸ δὲ λοιπὸν, φλέγμα καὶ χολή; Qua-
propter optimè omninò cum his agitur, qui-
bus miserrimam hanc hominis conditionem
æternâ alterius vitæ beatitate permutare sum-
mi Numinis concedit benignitas. Obtigit non
ita pridem id beneficij divino munere præstan-
tissimæ pijsimæque matronæ, CATHARINAE
BOETHIAE, Clarissimi Viri Gotfridi Vogleri
M.D. atque in Acad. Jul. quondam P.P. relictæ
viduæ. Ad cujus exequias cum hoc jam pro-
grammate humaniter invitemini, Cives; insti-

cui ratio exigit, ut de more solito vitam de-
mortue eadem opera primis velut lineis desi-
gnemus. Nata igitur illa est in hoc ipso oppi-
do anno recuperatae gratia cl. 12. lxxxix, d.
xv. Kl. Octobris; Patre Reverendo atque Ex-
cellentissimo Viro HENRICO BOETHIO, Philo-
sophiae & bonarum artium primum, deinde &
S. S. Theologiae in Acad. hac Julia Doctore
quondam Primario, Ecclesiaeque Helmstad.
aliarumque Superintendente; Matre ELISA-
BETHA COLLINIA, femina omni virtutum gene-
re ornatissima. Istorum optimorum paren-
tum singulari cura atque industria ad pietatem,
virtutem, rei que familiaris administrationem
nostra à teneris instituta tanto feliciores in il-
lis studiis progressus fecit, quanto præstantio-
re ingenij solertia discendique cupiditate beni-
gnior natura ipsam donaverat. Adultis verò
unà cum ætate virgineis dotibus, anno seculi
hujus tertio decimo conjugij gratiã ambita,
adeoque etiam de Parentum consensu legiti-
mis nuptijs solemni ritu nupta fuit Excellentif-
simo atque Experientissimo Viro, Gothfrido
Voglero, Archiatro quondam Guelphico, hu-
jusque post Acad. Professore celeberrimo. Matri-
monio isto, præterquam quod debita atque

exoptata diuturnitate sola destituebatur, cæ-
tera omnia sic satis felici & auspiciato usa
est. Etenim summa voluntatum conjunctio-
ne, & dulcissimorum liberorum procreatione,
quibus omnis ferè conjugij felicitas meritò
censetur, nequaquam illud caruit. Adeo ni-
mirum concorditer ac placidè convivebant,
ut una in duobus corporibus anima habitare
videretur. Generis quod attinet propagatio-
nem ea sobole constitit quaterna; masculini
partim, partim foeminini sexus; de qua alter
fratrum una cum utraque sorore jam dudum
in tenera ætate ad meliorem vitam hinc emi-
gravit. Restat natus minimus VALENTINVS
HENRICVS, Collega noster conjunctissimus,
quem solum gratia divina matri viduæ & bono
publico hætenus servavit superstitem. Cæte-
rum jucundissimo carissimoq; mariti confortio
longe quam ipsa speraverat voveratque, matu-
rius orbata est CATHARINA, anno videlicet,
quàm illud inierat, decimo altero, labentis
autem seculi vicesimo quarto, quando b. m.
Voglerus, jam sæpius laudatus & præclarè tum
de quam plurimis alijs, tum de re Acad. meri-
tus, scepra Julix, cujus id temporis magistra-
tum gerebat, pariter cum vitâ ipsâ deposuit; à
supre-

supremo rerum omnium Arbitro ab hac statione ad coelestem Academiam evocatus. Cujus festinatum Magnifici Prorektoris decessum quantopere & Iulia nostra nec pauci præter eam, salutarem defuncti opem medicam experti, eâ tempestate luxerint, id ipsum quidem existimatu facile est, neque hujus adeo loci multis demonstrare. Præstitit jam tum olim illud muneris supremi diserte atque ex industria pro demortui meritis vir & orator eximius Christophorus Heidmannus, Academiæ Iuliæ gloria & decus sempiternum. Illud duntaxat hîc verbo indicandum videtur; beatum Voglerum istum nulli, quam conjugii suæ, flebiliorem cecidisse. Ecquid enim foeminæ optimæ acerbius in hac mortali vita accidere poterat, quam ante tempus marito, alterâ illâ potiore velut animæ suæ parte, privari, cumque eo unâ caput familiæ & maximum in rebus secundis decus, in adversis vero solatium unicum, firmissimumque præsidium amittere? Acerbitas inflicti vulneris eò sanè tristior, crudeliorque existebat, quo recentior tunc ab obitu venerandi genitoris dolor, atque insequentium temporum calamitates erant graviores. Enimverò sub idem tempus exortæ sunt horrendæ, ac pestiferæ illæ bellorum procellæ, quæ sicut patriam universam, ita & Iuliam nostram aliquamdiu miserandum in modum afflixerunt. In qua communi Germaniæ tempestate vidua hæc, patrijs penatibus exturbata, Brunsvicum, indeque mox Cellas unâ cum tenellis liberis, confugit; inibi præter securitatem aliquod rerum adversissimarum solatium fomentumque quærens è præsentia & convîctu fratris sui germani, HENRICI BOETHII, Dicasterij aulici istic loci Assessu-



ris Ordinarij, civitatisque Syndici. Verum *καταστάσει* *ἐν* *τῷ*
κέντρῳ, *καὶ* *πνεύματι*, *καὶ* *πρὸς* *τὴν* *ἀνάστασιν*, ut verba habent Cha-
ronensis Philosophi, etiam vidua, si quisquam alius mortali-
um, reapse in exilio suo experta fuit. Altero enim quam huc
se receperat anno, filia Dorothea Elisabetha, & primogenitus
item filius, Philippus Sigismundus, pestilenti morborum, ibi-
dem grassantium, contagio & correpti ambo sunt, & acerbo
funere extincti. Acceptum inde geminum denuo vulnuseo pe-
netravit altius, tum quod antegressum crudum adhuc, nec ulla
ferè ex parte temporis longinquitate relevatum esset, tum quod
jactura istorum liberam ob mirificam, quæ in ijs emicuerat in-
dolem, ingeniorumque festivitatem nunquam satis deplorari
posse videretur. Sed nec dum malum illud afflictissimæ viduæ
spem simul geminam in ipsa velut herba suffocasse satis habens,
ipsi quoque matri virus lethale affavit. Hæc vero sub tanto af-
flictionum pondere cum humana ope destitueretur prorsus, il-
larum omnium remedium in solo Numine divino prudenter
quæsit; atque adeo flagrantissimis precibus suis, pro vitalis
auræ usurâ sibi in gnati unici superstitis salutem diutius indul-
gendâ, fuis, à misericordissimo Deo impetravit. Relevata itaq;
morbo mortifero est; in cuius beneficij gratam memoriam pia
matrona singularum hebdomadum diem unum, abs se Deo
consecratum, jejuniis & hymnis, quoad vixit, religiose cele-
bravit. Quo sane instituto nihil sanctius, nihilque Christianæ
pietati erat convenientius. Etenim

*Quod generosa potest anima
Lucis & ætheris indigena,
Solvere dignius obsequium:
Quàm data munera si recinas
Artificem medulla sua?*

Post cultum istum divinum altera cura erat servati filii recta
in studio virtutis, bonarumque artium educatio. Quæ quidem
eo usque optimæ matri cordi fuit, ut ipsa filium suum non tan-
tum capita doctrinæ Evangelicæ, sed & Romanæ linguæ ru-
dimenta, laudabili & raro exemplo, satis feliciter edoceret in-

terea

terea verò cum bellicæ tempestates non nihil deservissent, ideoque membra academica, hincinde dissipata, huc sese congregassent; nostra quoque Boëthias post infelix durumque exilium, non secus ac quondam Elimelechi vidua Naëmi, præstanti, eaque geminâ prole spoliata, Elmipolin repetiit, anno currentis seculi nono & vicesimo. Ex eo reliquum vitæ tempus omne hinc inter ancipites utriusque fortunæ casus, eosque ut plurimum obrevolutos tumultus bellicos, sæva pericula atque arctiorem subinde annonam procreare suetos, gravissimos, maximeque miserabiles traduxit. Dei autem, optimi illius maximeque viduarum patroni nixa præsidio, quicquid adversitatum fuit, animo supra illum sexum, magno sustinuit, superavitque. Ipsamet omnium optimè è sacris litteris mentem erigebat; propositis sibi inde exemplis sanctissimorum quorumque, extrema malorum, ob gloriam Dei, in hoc ærumnarum pelago perpefforum. Filium quem in solatium viduitatis exoratum Numen superstitem esse clementer voluerat, hanc minore sollicitudine hinc loci, quam antea in exilio educandum esse statuit. Quapropter erudiendum eum optimorum clarissimorumque virorum fidei commisit, idque tantum non unice egit mater egregia, ut dilectissimus gnatus, Avæ Patrisque vestigijs ingressus, in eodem modo adventantis senectutis suæ, rerumque adversarum molestias relevare, collapsamque propemodum domum suo tempore restaurare quondam pro virili posset, velletque. Nec vero frustra fuere prædari conatus isti; sed adspirasse eis benignissimè Deum, eventus ipse satis comprobavit. Serenim filius ante sexennium ob insignem eruditionem virtutemque, auspicijs Serenissimorum Ducum Brunsv. & Luneburg. Professor artis Medicæ institutus, non solum beati Parentis sui functionem cum laude obit; sed & idem matris senium obsequiosâ pietate mirificè semper fovit, curaque rei domesticæ in se translata, onere haud exiguo levavit. Cæterum beata illa Catharina nostra ita in senectute æfecta, difficilioribusque curis liberata, dies noctesque precibus & sacrarum scripturarum lectioni tota vacavit; hanc temerè domo in publicum egressa, nisi si audiendî verbi divini gratia, cujus sitientissima perpetuo fuit, vel afflictos ægrotosque invisendi, vel denique exequias eundi causa (ejusmodi enim officia humanitatis libentissimè præstabat) prodeundum ipsi esset. In isto, Deo gratissimo otio vitam agens, genere morbi gravissimo, mense Octobri superioris anni, ipso illo, quem sponte sua antea jejunio cultique divino voverat, die oppressa est. Quod symptoma licet ope Dei & virtute præstantissimorum medicamentorum discussum eò usque initio fuerit, ut hanc nihil spei convalescendi affulgeret; præsertim cum
simi-

similibus antea morbis tentata vidua, feliciter eos non semel eludā-
ta fuisset; verum quod vires naturæ longa senectute diminutæ, ma-
num medicam destituerent, fati necessitati succumbendum, adeoque
de mundo ipsi fuit abeundum. Quem quidem è vita discessum, si-
mulac decubuit, ardentissimis semper precibus à summo Numine
contendit; subinde se ævi saturam esse, inquiens, atq; à coætaneis suis
solam fere hic relictam tenerrimo melioris vitæ desiderio teneri. In-
terea magnos diurnosq; corporis cruiat⁹, sicut cætera vitæ adver-
sa omnia patienter tulit; suam suorumq; liberorum ac nepotum for-
tunā supremo rerū arbitro indentidē etiam atq; etiam commendans.
Cumque decretoriam horam prope abesse animadverteret, roboran-
dæ fidei causā sacrosanctam Domini cœnam, devotā animi reveren-
tia, participavit. Eo instructa viatico paulò post, die nimirum hujus
mensis undecimo, plena Christianæ spei ac fiduciæ, inter filij, nurus,
aliorumq; circumstantium preces placidè & piè decessit, cum hebdo-
madas duas & viginti lecto affixa, in viduitate autem annos XXXV,
in mundo denique LXIX annos cum semestri, demto octiduo, exegis-
set. Sic vitæ scena peracta est; in qua cum adversitatis atque molestiæ
longe plurimum occurrerit, ecquis non merito de felici exitu, tot la-
boribus ærumnisque finem ponente, gratulandum potius beatæ ma-
tronæ censeat, quàm dolendum, quod non diutiùs cum tædio vitæ
pluribus malis superstes manserit? Hanc ærumnarum cum æterna bea-
titudine factam permutationem si mœstissimus Filius, Collega noster
carissimus, una cum conjugæ suæ ad animum revocarit; nullum
est dubium, quin ambo nobiscum moderatè casum hunc sint perlatu-
ri. In parte solatii haut postremā sane illud ipsis ponendum est, quod matrem habue-
rint, quæ solertiā, prudentiā, frugabitate, sobrietate, industria, fide in maritum, chari-
tate in liberos, affectione benignā erga afflictos, pietate denique in Deum ipsum so-
minis benè multis antecelluerit, adeoque numeros bonæ Christianæ, quoad ejus fieri
potuit, impleverit. Reliquum jam est, Cives Academici, ut, quandoquidem à meridie
hora prima exuvias defunctæ Filius mœstissimus solenni ritu humandas curabit, nobi-
scum in funus prodeatis, eoque humanitatis officio affectum in demortuam, & obse-
quium pariter erga Præceptorem vestrum testemini. Quod ipsum ut, mortalitatis ve-
stræ memores, præstetis frequentes, magnopere censemus. Valete. P. P. in Acad.
Julia d. XIV Calend. April. Anno cl^o l^o c^o lxx.


35. Progr. in Jun. Stibiae Steinmanni, Com. Hornesii conjug. 1661.
 36. Bodomeri phil. et theol. stud. 1663.
 37. Sihnaderi progr. orationis — a benedicti joann. 1663.
 38. progr. in Jun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
 39. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.
 40. — — — puelluli Joh. Rinnersi. 1666.
 41. — — — puelluli Joh. Rinnersi. 1666.
 42. — — — An. Eleon. Meieri. 1666.
 43. Carmin. gratul. ad Isenmannum. 1667.
 44. Ode in caritatem. 1678.
 45. Andr. Herm. Hellberg gratulantis Acad. Juliae prof. 1678.
 46. Progr. Henrici Widchurgi. 1680.
 47. Festu nupt. Carp. Anolvi Strambrecht. 1678.
 48. Lact. ut debet. officium ad evadim. 1678.
 49. Pia vota ad Lud. Fabrum spurium et — Jonnam. 1679.
 50. Progr. in Jun. nupt. Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1681.
 51. Progr. tot. Rempen. 1709.
 52. Progr. in Jun. An. Cath. Rinerichiae, Hornesii conjug. 1649.
 53. Progr. XII Nov. A 1693.
 54. — in Jun. An. Soph. Schmerhenniae, Sibh. Theod. Meieri vid. 1702.
 55. — Agnerae Krohnen, Carp. Torberii vid. 1712.
 56. Abvandenrysande abguldström Vigti.
 57. Progr. in Jun. Homburgii Toti. 1714.
 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
 59. Progr. in Jun. Carolif phil. stud. 1757.
 60. Memoria Toppii 1757.
 61. — Sicilii. 1758.
 62. — Larr. Hepteri. 1758.
 63. De vita Frobesii. 1756.
 64. Gratia panegyri. in die nat. prin. Frederici V, Saxon et
 65. De des principitate. Progr. sac. Christi natal. die. 1759.
 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —


96
1233

— Nonnulla desunt —

ULB Halle 3
001 920 952





amma
NERE
ptimæque matronæ
ARINÆ
THIÆ
iri
perientissimiq;
DI VOGLERI
d. Juliae quondam Pro-
atque obitus sui tempore
i, Archiatri item Guel-
elictæ viduæ
LIX d. v. Eid. Martij
omino defunctæ
P.
Nominis concedi
is p[ro]p[ri]et[ar]i
BOTHAR, C[on]s[ul]t[us]
M. D. arduin
viduæ. Ad corpus ex
gramm[ar]um
STADII
MULLERI Acad. Typ.

33

